

Quedam relatiua dicuntur esse natura quorum esse est ad aliud essentialiter paratum.

Sequitur auto. vi. libri metha. aristotelis

Methaphisica considerat causas et principia entium in quantum entia

Substantia et essentia rei non potest cognosci nisi per demonstrationem. Nulla ars particularis probat suum subiectum esse supponit ipsum esse.

Disciplina vel est actiua vel factiua vel theoretica vel speculatiua. Tres sunt partes philosophiae speculatiuae. scilicet naturalis: mathematica et diuina: id est methaphisica.

Naturalis considerat res diuinctas motui et materie secundum esse. scilicet separatas secundum rationem.

Mathematica uero considerat res separatas a materia et motui secundum esse et rationem. Idem uult promentator.

Theoretice scientie. id est speculatiue alij scientijs sunt delectabiliores: et methaphisica theoreticis.

De ente per accidens non est speculatio

Entium quaedam sunt simpliciter. quaedam uero frequenter. quaedam raro. et prima sunt entia secundum accidens: ut casualia et fortuita. ex quo habet quod non omnia eueniunt ex necessitate.

Bonum et malum sunt in rebus. sed uerum et falsum in anima.

Entium quoddam est per se et quoddam per accidens.

Ens per se aliud est in anima: aliud extra animam. et diuiditur in decem predicamenta. scilicet substantiam: quantitatem: qualitatem et sic de alijs.

Comenta. // Naturalia sunt in quorum diffinitione ens recipit in natura diuina in quorum diffinitione recipit deus. uoluntaria in quorum diffinitione recipitur uoluntas.

Licet omnes scientes sint nobiles tantum scientia dei et eius subiectum est nobilissimum subiectum aliarum scientiarum subalternatarum methaphisice.

Res immobiles diuinae sunt cause rerum diuinarum mobilium: id est corporum celestium.

Substantia prior est accidente: natura: tempore: et diffinitione.

Sequitur auto. viij. libri methaphisice aristotelis.

Accidentia non sunt entia sed quid entis.

Materia prima nec est quid nec est quantum: nec quale nec aliquid eorum quibus ens est determinatum.

Disciplina fit in omnibus per magis nobis nota.

Diffinitio est sermo indicans quid est esse rei per essentialia
 Diffinitio accidentium fit per additamentum scilicet substantie
 Quia accipit diffinitum per aliquid extraneum a sua natura scilicet per substantiam
 Compositorum non est diffinitio sed simplicium terminorum
 In entibus per se idem est quod dicitur et habens quidditatem
 Omne accidens per se duo signat scilicet formam accidentalem et sub
 iectum eius. sicut album signat albedinem et subiectum albedinis
 Omnia que sunt: vel sunt a natura: vel ab arte: vel a casu
 Materia est ex qua res potest esse vel non esse.
 Ex sanitate in anima fit sanitas in natura
 Materia non fit forma sed totum oppositum. Nec generat
 Particulare non generat nisi particulare. sed vltimum nec generat
 Universalium non sunt separata a singularibus secundum esse ut voluit
 plato. sed sunt in eis secundum esse: quia predicantur de eis predicatione
 essentiali et directa. ut dicendo hoc est homo
 Omnis predicatio fit a forma.
 Omnes partes diffinitionis sunt forme.
 Natura humana non est nisi in his carnibus et in his ossibus
 Generans et generatum conveniunt in specie et sunt uniuoca
 Sperma facit ad generationem sicut artifex ad artificialia.
 Diffinitio est sermo habens partes
 Nihil contingit vno nomine tantum diffiniri.
 Singularium nec est scientia neque diffinitio. quia quando re
 cordatur a sensu tunc non est certum aut manifestum utrum sint vel non sint.
 Materia secundum se est ignota.
 Nihil aliud debet esse in diffinitione nisi genus et differentia.
 Diffinitio est vna propter vltimam differentiam
 Ex duobus entibus in actu non fit tertium in natura.
 Quis separatur et distinguit
 Forma est causa essendi in rebus
 Unde forma dat esse rei

¶ Commentator

Individuum substantie est prius individuis accidentium.
 Substantia individualis et demonstrativa non est vna nisi per formas
 Sicut extra materiam non cognoscuntur due forme sic nec in anima.
 Impossibile est ut due forme separate a materia: transmutentur

materia immediate. qz nihil transmutat materia nisi corpus.
Causa multitudinis generabilium ab vno generante est multiplicatio materiaz in quas agens agit

Proprium est substantie inter oia alia pdica mēta vt aff substantiam generatam sit alia substantia sibi similis. sed nō est necessarium vt ante qualitatem generataz sit alia qlitas agens. s; hū est aliqd ante qlitatem vt est potentia qlitas scz materia.

Materia non cognoscit p se sed per formam.

Nisi nesciret nullū nomē ei iponere daret. qz nullū aliqd non mēdat ei qd nō nescit. vñ hēm⁹ q reb⁹ nobis nosz noia iponit forma non est elementum nec elementatum: sed est substantia addita elemento vt dicit aristoteles

Sequitur autoritates. viij. libri methaphi. aristo.

Omnēs substantie sensibiles materiam habent

Triplex est substantia scz forma materia et opositum

Substantia id est forma substantialis dat esse

Diffinitiones essentielles qdā dant p formā tū: qdā p materiā tū: et qdā p vtrūqz: et pūne sunt diffinitiones pfecte.

In separatis a materia idem est quidditas et quidditates habens. sed in alijs non sunt idem sed differunt

Diffinitiones et forme rez comparant numero. qz sicut in numero addita vnitate vel ablata nō manet eadē spēs nūeri. s; alia et alia: sic ablata vel addita aliq diffinitioe vel forma nō manet eadē spēs s; variant. **S**icut nūer⁹ nō suscipit magis et min⁹: sic nec diffinitiones vel forme magis vel min⁹ suscipiunt

Lics oim sit vna materia prima tū cuiuslibet materia prima

Si agens fuerit diuersum et materia diuersa: factū ē diuersū

Forsan sunt quedam naturalia que nō habent materiam: vel si habent non habent talem qualem generabilia et corruptibilia sed solum habent materiam mobilem fm locum

Dicit dicit commentator qz p hoc datur intelligi corpora celestia in quibus non est materia cuius esse est in potentia ad corruptionem. sed materia eorum est aliquid existens in actu scilicet corpus. adco dignius habet nomen subiectū qz materia. nō omnium est materia sed solum quoz est generatio et transmutatio ad inuicem et quoz sunt intransmutabilia hoz nō est materia.